pacifice ad extrema duntaxat vitæ suæ tempora usufruetur.
Post mortem verò et de hac Luce decessum eiusdem mariti
sui, extunc bona suprascripta morte eiusdem Consortis dere-
linquens ad successores suos sine quouis impedimento et con-
tradictione successorum mariti sui totaliter et plenarie deuol-
uentur, His suis contentis personalibus Recognitionibus ad præmissa mediantibus.

Vigore Laudi f. Feria Quinta post Festa Solennia Sacri Pentecosten proxima Anno Domini 1.6.6.9.

13/VI 1669

Ilniccy Ilnickiemu Donant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis præsentibus Castren. Capitan. Præmislien. Nobiles Iwan Ilnicki Lewczakow olim Nobilis Andreæ Ilnicki Lewczak Filius atque Fenka Ilnicka virgo adulta, Annorum viginti sex, olim Nobilis Teodorij Ilnicki Lewczak præfati Nobilis olim Andreæ Ilnicki Lewczak fratris germani filia et successrix post eundem Parentem suum Legitima unica Patruus cum Filiastra sanis mentibus et corporibus existentes, à Forijs et districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, Præsenti verò Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet seseque successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro Interesse recognouit. Quia ipsi præsertim Nobilis Ilnicka virgo, cum eiusdem Patrui sui uti Tutoris naturalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu bona

na

na sua propria et haereditaria in se Recognoscentes post praefatos Parentes suos Iure Divino et naturali successione devoluta, nempe agrum na Mikulinskim in sorte Proshurczyk, cum omnibus attinentijs et pertinentijs eo annexis spectantibus in bonis villae Hnili Terra et Districtu praesenti Praemisliensi iacentem et consistentem cum omni praemissorum iure, Dominio, proprietate et haereditate, tituloque haereditario, cumque omnibus et singulis sortis eiusdem vtilitatibus fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter vniversis, nihil ex praemissis Iuris, Dominij, proprietatis, ac cuiuslibet competentiae et praerogativae per se Recognoscentibus, suisque successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia ipsimet Recognoscentes tenuerunt, habuerunt, et possidebant, ipsosque concernebant, ac eisdem legitime serviebant, iam exnunc et defacto Nobili Andreae Hnilicki Terletzky eiusque posteris dederunt, donaverunt, inscripserunt et resignaverunt. Prout praesentibus dant, donant, inscribunt, et resignant, perpetuo et in aevum. In quae quidem bona suprascripta praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentes donata ijdem suprascripti Recognoscentes praefato Donatario suo et eius posteris iam exnunc et defacto coram officio praesenti dant et admittunt realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerint officiose accipiendam. Per ipsum Donatarium suum et ipsius successores, haec eadem bona praemissaque omnia praesentibus donata, cum vniversis praemissorum vtilitatibus, et vsufructibus tenendum, habendum, et possidendum, illisque quiete et pacifice vtifruendi, ac ad suos, suorumque successorum quosuis beneplacitos vsusfructus, libere et effectualiter convertendi

modo

modo et iure hæreditario. Debentque et tenebuntur memorati Re-
cognoscentes, prout se ac suos Successores in et super bonis suis ge-
neraliter omnibus, summisque quibusvis pecuniarijs habitis et haben-
dis praefato Donatario suo, et eius posteris inscribunt et obligant prae-
sentibus, ipsum et eius Successores, in dictis bonis sortis praefatae, prae-
missisque omnibus, praesentibus resignatis, ab omni et quavis impe-
titione Juridica, quarumcunque personarum, cuiuscunque conditio-
nis, status et sexus hominis existentium exonerando, in omni Ju-
dicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit, per
omnes praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam
Terrestris spectat et pertinet praescriptione fieri, defendere,
evincere, intercedere et eliberare, indemnesque tum posteris
reddere, nec non haec eadem bona sortis praefatae, praemis-
saque omnia praesentibus resignata, ab omnibus in genere Juribus
et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bo-
na praemissaque omnia praesentibus modo praemisso inscripta cu-
iuis personarum, modo quovis factis et faciendis. Tum etiam
a quibusvis Citationibus in eadem bona praemissaque omnia prae-
sentibus donata, importatis et importandis Lucris denique et Perlu-
cris, Processibusque Juris quibusvis, in quovis puncto et gradu
Juris dependentibus, et in quovis Judicio et officio Regni obtentis
et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus resignatis
perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaque et
libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam co-
ram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum
praesentium donationem dum per Ministerialem et Nobiles duos offi-
ciose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur
eandem libere dare et effectualiter admittere, Dataque et admissa
eadem, possessionem et usumfructum praemissorum omnium
quovis

quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere, Ipsumq[ue] Donatarium suum et eius Posteros in praemissis omnibus nullo modo inquietari, ita ut eadem bona praetensa resignata, cum universis eorum Utilitatibus, et usufructibus, idem Donatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donationis Vigore tenere, habere, et possidere queat, illisq[ue] uti frui possit, perpetuis et aeternis temporibus. Idq[ue] sub damnis Terrestribus simpliciter absq[ue] corporali Iuramento taxandis et edicendis per eosdem Recognoscentes sive eius successores praefato Donatario suo et illius posteris, ob non completionem praemissorum = omnium et singulorum, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absq[ue] corporali Iuramento taxandis et edicendis modo praemisso ad soluendum succubitis, ac re aequa principali, ex praemissis non completis comprobandis, iudici[...] [...]entes memoratos Recognoscentes Nobiles Ignat Leuszala et Famula Virgo Patruelis eius Filia Ignatij successorumq[ue] suorum, ad Instantiam praenominati Nobilis Andreae Pekalzyk Michaelis Donatarij sui vel ipsius Posterorum, Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc necessarius pro tempore quo ad respondendum spectat, evocante semper in primo citationis termino, tanquam peremptorie stare, iuri parere, respondere, Damna praefacta Terrestria simpliciter absq[ue] corporali Iuramento taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne vindicationem pari debebit et tenebitur, seq[ue] ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem termino se im-

per

per peremptorios, vera infirmitate pro maiori; minorennita te successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad exercitum, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vltra proximos officij praefati Castrensis Capitanei Praemisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia, poenis simplicibus, vel triplicatis euasionibus, suspensionibus, fatalisque Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conuentioneque, vel alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo quouis euadendo, [illegible] praesentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

14/VI 1669

Vigore Laudi Feria Sexta post Festa Solennia Sacri Pentecosten proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo nono Szeptycki Panikowskiemu Scriptum Roborat.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Constantinus Szeptycki sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet seu eum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus